

videlicet de Veteri Monasterio sanctę Marię virginis in predicta civitate nostra Mogontia, nec non Cellensis cenobii, quod in vicino situm est Wirzeburgen|sis civitatis, molesta et diutina habebatur concertacio pro saltu scilicet quodam, qui est in confinio prefati cenobii et proximę villę, quę dicitur Hocheim, que licet temporibus Embriconis Wirzeburgensis episcopi xxiii viri ex familia eiusdem episcopatus Cellensi ecclesię iuramento obtinuerint 5 et insuper declaratione facti propter hoc ipsum iudicii iuste sibi eum eadem ecclesia vindicare potuerit. Placuit tamen fratribus deo ibidem servientibus, quatinus advocatis ab utraque parte sapientioribus ac sanioris consilii viris talem inter se facerent compositionem, qua et bona sua libere possiderent et deinceps omnis molestia querimoniarum sopiretur. Huius autem compositionis concordia, non utcumque aut inconsulta precipitatione facta 10 est, sed consensu et benevolentia omnium personarum, ad quas presentis negotii ratio visa est habere respectum. Primo quidem nostra auctoritate testificata est, deinde summi advocati videlicet domni marchionis Cvnradi^a), Bobbonis comitis de Hennenberg. Berengeri de Gamenburg, domni Heroldi prepositi in Onoldesbach ac filii sororis ipsius Conradi, qui a prefato Berengero advocatiam habet in beneficio, ac preterea domne Hadewigis 15 abbatissę predictę congregationis Mogontiensis et omnium sororum eius, clericorum quoque ac ministerialium eius coniventia. Quapropter, ut hęc compositio rata et inconvulsa permaneat, quę tam excellentium personarum unanimitate et concordia statuta est, ac ne aliqua illam ecclesiastica seu secularis persona presentibus vel futuris temporibus temerare aut infringere presumat, auctoritate concessę nobis a deo potestatis ac sigilli nostri in- 20 pressionem firmamus eos anathemati includentes, qui deinceps contra hanc sinistra aliqua molitione deprehensi fuerint laborasse. (SJD.)

265.

Wortwin und dessen Gemahlin Hedwig übergeben der Kirche Fulda die Burg Staden. — Zeuge: Graf Otto von Wettin.

1156. 25

Gedr.: Schannat, Fuldischer Lehnhof 259.

— — Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLVI, indictione III, regnante Friderico glorioso Romanorum imperatore augusto, sub Marcwardo venerabili abbate, maxima cleri ac populi astante multitudine, quorum tamen isti precipui fuere. Erkenbertus decanus. Herimannus prepositus. Lambertus camerarius. Ruggerus prepositus 30 sancte Marie et ceteri prelati Fuldensis ecclesie. Laici vero. Godefridus eiusdem ecclesie advocatus. Otto comes de Widin. Gerhardus, comes de Nuringes. Diedricus et Fridericus de Kyrichberg. Gyso de Hildenburc. Hartdungus de Scarfenberc. Dudo de Sconerstein. Bertohus de Wangeheim. Hertwigus de Hunifelt. Hertwigus de Geysatia. Willehardus et frater eius Rupperdus. Tragebodo. Wigandus et frater eius Berthohus. 35

Ut autem firmior sit hec traditio et minus infringi valeat, inpressione sigilli supradicti abbatis Marcwardi confirmata est.